UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 457.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

uatorem ſonat. Siquidem, eorum, qui peccauerunt, ſalutis cauſa huiuſmodi adminiſtratione perfungar.

Timotheo Lectori. 454.

Non falſa dũtaxat accuſatio, ô vas Dei, verùm etiam veriſſima, ſi aduerſus patrem ſolum fiat, parricidio exitium parturit, *Geneſ. 9.* velut Chamo accuſatio Noë. A qua cùm Sem & Iapheth, & tu item illorum propugnator & cohæres, puros atque immunes vos præbueritis, contractámque ex temulentia labem ac fœditatem contexeritis, vnam & eandem benedictionem meritò conſequemini.

Symmacho. 455.

Quæ & raró atque ægrè comparantur, vt ingentis pretii, & cum difficultate conſeruantur, vt inſidiis obnoxia, & eundem, quem vilia, exiguíque pretij, vſum habent, hæc nõ modò à Chriſtianorum opibus & poſſeſſione, verùm etiam ab oculis atque affectu remota eſſe conuenit: vt quæ & cõferendis in pauperes beneficiis labem afferant, & iis, à quibus poſſidentur, ſalutem inuideant.

Palladio Diacono. 456.

Comeſſatio, vir amice, eſt tibiæ cantus cum largiore vino ad voluptatem & libidinem extimulans, ac conuiuium in fœdũ & obſcœnum theatrum mutans, atque per cymbala quædam & inſtrumenta ad fraudem accommodata conuiuas mulcens *Galat. 5.* ac deliniens. Quam eos, qui ipſa vtuntur, à cæleſti regno excluſuram eſſe, literis ſacris proditũ eſt, quemadmodũ ipſe noſti.

Eidem. 457.

Pſal. 150 Si Muſicæ illius, de qua Scriptura loquitur, explanationem quæris, ad hunc modum intellige. Laudate Dominum in ſono tubæ: hoc eſt in memoria reſurrectionis, quæ tuba fiet, vt Scriptura teſtatur. Laudate eum in pſalterio & cithara:

ἐπὶ σωτηρίᾳ γὰρ τῶν ἁμαρτόντων τὴν οἰκονομίαν ἐκείνην ποιήσομαι.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. υνδ.

Οὐ ψευδὴς μόνη κατηγορία, ὦ σκεῦος θεοῦ, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ ἀληθὴς, εἰ κατὰ πατρὸς γένοιτο μόνον, ὄλεθρον τῷ πατραλοίᾳ ὠδίνει, ὡς τῷ Χὰμ, ἡ τοῦ Νῶε, ἧς καθαρεύσαντες Σὴμ καὶ Ἰάφεθ, καὶ σὺ ὁ ἐκείνων συναγωνιστὴς καὶ συγκληρονόμος, καὶ τὴν ἐκ μέθης σκεπάσαντες παροινίαν, μιᾶς καὶ ὁμοίας ἀξιωθήσεσθαι εὐλογίας εἰκότως.

Συμμάχῳ. υνε.

Ὅσα καὶ κτᾶται σπανίως, ὡς πολύτιμα, καὶ τηρεῖται δυσκόλως, ὡς ἐπίβουλα, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει χρῆσιν τοῖς εὐτελέσι καὶ εὐώνοις, ταῦτα Χριστιανῶν οὐ κτήσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ὄψεως ἠλλοτριῶσθαι προσήκει· οἷα ταῖς μὲν εἰς τοὺς πένητας λυμαινόμενα εὐποιΐαις τοῖς δὲ κεκτημένοις βασκαίνοντα τῆς σωτηρίας.

Παλλαδίῳ διακόνῳ. υνς.

Κῶμός ἐστιν, ὦ φιλότης, μεθυστικὸς αὐλὸς, ἐγχρονίζοντος οἴνου, ἐρεθίζων τὴν ἡδυπάθειαν, καὶ θέατρον ἄσχημον ποιῶν τὸ συμπόσιον, κυμβάλοις τισὶ καὶ ὀργάνοις ἀπάτης καταθέλγων τοὺς δαιτυμόνας, ὃς ἐξωστήσειν τῆς βασιλείας τοὺς χρωμένους αὐτῷ γέγραπται, ὡς ἐπίστασαι.

Τῷ αὐτῷ. υνζ.

Εἰ τῆς γραφικῆς ζητεῖς μουσικῆς διασάφησιν, οὕτω νοητέον, αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐν ἤχῳ σάλπιγγος, ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ἀναστάσεως, σάλπιγγι γενησομένης, ὡς γέγραπται· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ, τῇ γλώσσῃ

ἡμῶν

ἡμῶν καὶ τῷ στόματι, ὡς πλήκτρῳ τινὶ τῷ πνεύματι κρουομένων· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ, ἐν σαρκὶ καὶ ψυχῇ, ἀφ' ἧς, ὡς χοροὶ αἱ πρὸς θεὸν διαβαίνουσι δεήσεις· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ, ἐν καρδίᾳ, καὶ παντὶ ἔσωθεν σπλάγχνῳ, καὶ νεύροις, ἅπερ ὄργανον κέκληκεν. αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, τοῖς χείλεσι, δι' ὧν τὰ ἐναρμόνια τῆς ψαλμῳδίας πλέκεται μέλη.

Θεοφίλῳ. υνη.

Οὐκ ἀπῳδά, οὐδ' ἀλλότρια τῆς τοῦ νόμου ἐντολῆς, ἡ εὐαγγελικὴ νομοθεσία παρέδωκε· τοῦ μὲν γὰρ τὴν ἔκβασιν καὶ τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας παιδεύοντος, αὕτη τὴν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκώλυσεν, ὡς εὐεμπτωσίαν οὖσαν τῆς πράξεως, ἧς ἀναιρουμένης, οὐκ ἔχει χώραν ἡ ποίησις.

Θηρασίῳ. υνθ.

Τὸ ἐρώτημα τῆς ἀγάπης σου, τοιοῦτόν ἐστι. Μακάριος, ὃς οὐκ ὠλίσθησεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ· μακάριος, φησίν, ὃς οὔτε αἰσχρότητι ῥημάτων τὴν γλῶσσαν ἐμόλυνεν, οὐδὲ σκανδάλου τισὶ γεγένηται δι' ὕβρεως αἴτιος· τὸ δὲ οὐ κατενύγη ἐν λύπῃ ἁμαρτίας, ἤτοι μεταγνοὺς ἐφ' οἷς ἀσέμνως καὶ αἰσχρῶς ἀπεφθέγξατο, ἢ τὸ μή τινα λυπῆσαι ταῖς ὕβρεσι, καὶ δεηθῆναι ἐπ' αὐταῖς κατανύξεως. ὀλίσθημα γὰρ ἀπὸ ἐδάφους μᾶλλον, ἢ ἀπὸ γλώσσης· πολλοὶ μὲν γὰρ πεσόντες, φησίν, ἀνέστησαν, ἀπώλοντο: εἰπόντες δὲ προσαπώλοντο.

Μαρτινιανῷ. υξ.

Ἐπίκουρος μὲν ὁ ποιμὴν τῆς ἀγέλης σου, αὐτοσχεδίως πάντα γεγενῆσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς οὐχ ὑπάρξαντα ἔσεσθαι, ἀσεβῶς ἀπεφήνατο. Χριστὸς δὲ ὁ πάντων ποιητὴς καὶ πατὴρ καὶ θεὸς

hoc eſt in lingua noſtra & ore, à Spiritu ſancto tãquam plectro quodam percuſſis. Laudate eum in tympano & choro: id eſt, in carne & animo, à quo tanquam chori, preces ad Deum tranſeunt. Laudate eum in chordis & organo: hoc eſt, in corde atque omnibus internis viſceribus & neruis, quæquidem organum appellauit. Laudate eum in cymbalis iubilationis: hoc eſt, in labiis, quorum adminiculo concinna & modulata Pſalmodiæ carmina contexuntur.

Theophilo. 458.

Non abſona, nec à Legis mandato aliena, Lex Euangelica nobis tradidit. Nam cùm illa peccati euentum ac perpetrationem vetet, hæc mali principium, hoc eſt cupiditatem, prohibet: vt per quam ad actionem quiſpiam facilè prolabatur: qua ſublata & extincta, nullus actioni locus patet. *Matth. 5.*

Theraſio. 459.

Charitatis tuæ quæſtio ad hunc modum explicari poteſt. Beatus vir qui non eſt lapſus in lingua ſua, hoc eſt: Beatus eſt ille, qui nec verborum obſcœnitate ac turpitudine linguam ſuam commaculauit, nec cuiquam offenſionis anſam per contumeliam præbuit. *Eccl. 25.* Et non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti: nimirum vel pœnitentia ductus ob ea quæ inhoneſtè ac fœdè locutus eſt, vel quod aliquem contumelioſis verbis offenderit, ac propterea dolore atque animi compunctione opus habuerit. Optabilior eſt enim lapſus è pauimento, quàm à lingua. Multi quippè, cùm cecidiſſent, reſurrexerunt: ob prolatum autem ſermonem interierunt.

Martiniano. 460.

Epicurus, tui gregis paſtor, omnia temerè ac fortuitò in ortum prodiiſſe, ac rurſum in nihilum reditura eſſe, impiè pronunciauit. Chriſtus autem omnium effector, & Pater, & Deus, ac Seruator, ſe in